



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

B. Zosimus Mon, S. Agathopus & Theodulus M. S. Guilhelmus Siculus, 4.
Apr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

1 Zosimus Monachus eremum in-
coluit eodem tempore, quo & B. Ma-
ria A Egyptiaca, ad quam ille diuino
nutu peruenit, & comperto quod eius
ex hoc mundo emigratio instaret ea-
dem sancto Christi Corpore allato
refecit, & seq. anno mortuam reperi-
ens sepelivit.

2 SS. MM. Agathopus Diac & Theo-
dulus Lector sub Maximiano Imp. &
Faustino Præside ob Christianæ fidei
Confessionem, alligato ad collum
saxo in mare demersi sunt Thessalo-
nicæ, postquam carceribus aliquique
tormentis eorum constantia tentata,
a Christo nequit separari

3 S. Guilhelmus Siculus Eremita
inuitatus ab amico cum vinum mēsæ
deesset pudori hospitis consulens vas
pridē exhaustum vino expleuit, mor-
tuo Seculentæ cāpanæ, ut oppidi vi-
cioris, sponte sua accinuerunt, ipse
in cella sua genua flexus repertus est.

B.Zeſimus Mon. S. Agathopus & Theo-
dulus M. S. Guilhelminus Siculus, 4. A.



Obedientia.

Nescit iudicare, quisquis perfecte
didicit obedire. Greg.

Deus qui nos B. Zeſimi conf. tui (B.)
MM. Agathopodis & Theoduli; B. Gu-
lielmi Erem.) annua solemnitate la-
tificas : concede propitius, ut cuius
(quorum) natalitia colimus etiam a-
ctiones imitemur. Per D N I Chr. &c.
Ora pro Benefactoribus, &c.